

Item quæro: si maritus ante matrimonium contractum habet solam proprietatem in aliquo prædio vel fundo, & alter habet usumfructum; & postea, constante matrimonio, ex aliqua causa consolidatur usufructus cum proprietate; an habeat uxor medietatem ejus, vel saltem æstimationem ejus? Et breviter & resolutivè dico quod non; quia censetur provenire ex causa qua proprietates fuit quæsitæ, & non dicitur nec judicatur diversa res à proprietate: argumento text. in leg. 4. ff. de Jure dotium, ubi dicitur, quod si proprietati in dotem data accedat usufructus, non dicitur dos nova, sed incrementum usumfructus; text. in l. Ratione, la. 1. §. Imperator. ff. ad leg. Falc. text. in leg. Damni infecti. §. Sabini sententia, ff. de Damn. infecti, ubi habetur, quod quando finis habet necessariam causam cum principio, attenditur principium & non finis: text. in leg. Quod ait. §. Quod ait. ff. de Adul. text. in leg. 3. §. Socio. ff. de Minor. text. in leg. Adde. §. 1. ff. de Acquir. rer. dom. (b) & ita tenet Palac. Rub. in dict. rep. cap. Per vestras, fol. 38. column. 3. licet prius tenuerit contrarium: etiam tenet expressè Roder. Suar. in dict. l. 1. tit. 3. For. ll. fol. 24. in quæst. pone quod maritus, argumento text. juncta doctrina Fabri, in §. Si cdi, Instit. de Legat.

Item quæro, si uxor decedat sine acceptatione vel repudiatione horum lucrorum, & ante declarationem suæ voluntatis; an prædicta lucra transmittantur ad hæredes, ut possint acceptare? Et dico quod sic: quia dicuntur jura universalialia, quæ proveniunt per viam successionis ex testamento vel ab intestato, non transmittantur; tamen alia jura particularia, provenientia ex contractu; vel legis dispositione, bene transmittantur: argumento text. in leg. 3. ff. de Interdictis & Telegi. text. in leg. fin. Cod. de Bon. mater. cum simil. & tenet Palac. Rub. in dict. rep. cap. Per vestras, fol. 39. column. 4.

Item quæro, si in solo proprio mariti fiat ædificium constante matrimonio, dato quod illud cedat solo, an valor ejus debeat æstimari, & cum beneficio inventarii, & non aliter.

(b) Ita tenet Molina in Consuet. Paris tit. 1. §. 30. quæst. 56. verbic. 20. & Palac. Rub. in Repet. rubr. de donat. inter vir. §. 62. num. 13. ad fin. Covarrub. de Sponsal. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 9. Gregor. in leg. 18. verb. Estimata, tit. 11. part. 4. Oldrad. consil. 140. Matienz. in lege 2. tit. 9. lib. 5. glossa 1. num. 88. Et vide quæ diximus in num. 72. h. s. ubi: Ut propter adulterium, idem etiam probat leg. 5. tit. 9. lib. 5. Recop. tenet Covarrub. de Sponsal. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 12. Matienz. in dict. lege 5. num. 11. glossa 8. Villab. in Brario communi opinionum, litt. B. num. 51. 52. Aviles in præmio prætorum, num. 39. Menes. in leg. Fideicommissum, num. 7. Cod. de Fideicommissis, ubi numerus 14. quærit, an idem erit in viro luxuriose vivente, mortua uxore? pluraque in propositum adducit Acost. in cap. Si pater, de testam. in 6. part. 1. leg. num. 38. relatus à Pelaez de Mier. de Majoratibus. 1. part. quæst. 48. column. 2. ad fin. Aceved. in leg. 5. tit. 9. lib. 1. num. 23. & vide etiam supra, in leg. 40. num. 17.

medietas applicari uxori? Et teneo quod sic; licet Roder. Suar. in dict. leg. 1. Fori, fol. 24. versic. Sed pone, dicat, quod tantum sumptus & expensæ communicantur. Item adde, quod, confiscatis bonis mariti, non confiscatur medietas lucrorum quæ pertinet uxori; argumento text. in leg. 1. & per totum. Cod. Ne uxor pro marito, & in leg. 1. Cod. de Privileg. fisci, & in leg. 1. Cod. ad leg. Jul. de vi, & in leg. Cum duobus. §. final. ff. Pro soc. & tenet Palac. Rub. in dict. rep. cap. Per vestras, fol. 46. column. 2. & expressè disponit lex 77. infra, his ll. Taur.

Item quæro, si soluto matrimonio mulier vidua committat adulterium, an perdat ista lucra, quæ causa & industria mariti fuerunt quæsitæ? Et dico quod sic: ita disponit lex 4. tit. 4. lib. 5. Ordin. & tenet Palac. Rub. in dict. rep. cap. Per vestras, fol. 47. col. 4. & confirmatur ex Glossa notabili & communi sententia in leg. Fideicommissum. Cod. de Fideic. ubi habetur, quod hæreditas, legatum, vel fideicommissum relictum uxori revocatur per stuprum postea commissum, imò etiam perditur dos, sicut per adulterium commissum vivente marito, secundum Paul. de Castr. & communis DD. ibi (c)

TEXT. LVII.

Uxor, durante matrimonio, quemadmodum absque mariti licentia non potest ullum contractum facere, sic etiam non possit recedere, aut desistere ab ullo contractu ad ipsam pertinenti, nec illo quemquam liberare, nec quasi contractum facere, nec in judicio agere, aut defendere sine prædicta mariti licentia: quod si per se, ac per suum Procuratorem fecerit, volumus ut quod fecerit sit invalidum.

Id est: Uxor, durante matrimonio, non possit absque mariti licentia quamcumque hæreditatem ad eam pertinentem ex testamento, seu ab intestato, repudiare. Verum permittimus, ut absque prædicta licentia possit acceptare quamcumque hæreditatem illi advenientem ex testamento, seu ab intestato, cum beneficio inventarii, & non aliter.

TEXT. LVIII.

Quando el marido estuviere ausente, y no se espera de proximo venir, ò corre peligro en la tardanza, que la Justicia con conocimiento de causa, siendo legitima, ò necesaria, ò provechosa à su muger, pueda dar licencia à la muger, la que el marido le havia de dar: la qual assi dada vala como si del marido sea.

TEXT. LV.

LA muger, durante el matrimonio, sin licencia de su marido como no se puede hacer contrato alguno, assimismo no pueda apartar, ni se desistir de ningun contrato que à ella toque, ni dar por quito à nadie de él; ni pueda hacer quasi contrato, ni estar en juicio, haciendo, ni defendiendo sin la dicha licencia de su marido; y si estuviere por si, ò por su Procurador, mandamos, que no vala lo que hiciere.

Id est:

Uxor, durante matrimonio, quemadmodum absque mariti licentia non potest ullum contractum facere, sic etiam non possit recedere, aut desistere ab ullo contractu ad ipsam pertinenti, nec illo quemquam liberare, nec quasi contractum facere, nec in judicio agere, aut defendere sine prædicta mariti licentia: quod si per se, ac per suum Procuratorem fecerit, volumus ut quod fecerit sit invalidum.

TEXT. LVI.

Mandamos, que el marido pueda dar licencia general à su muger para contraer, y para hacer todo aquello que no podia hacer sin su licencia: y si el marido se la diere, valga todo lo que la muger hiciere por virtud de la dicha licencia.

Id est:

Præcipimus, ut maritus possit dare uxori generalem licentiam ad contrahendum, & omne illud agendum, quod sine illius licentia non posset: quam si maritus si dederit, quidquid virtute ejus licentia fecerit, sit validum.

TEXT. LVII.

EL Juez, con conocimiento de causa legitima, y necesaria, compela al marido que de licencia à su muger para todo aquello que ella no prodria hacer sin licencia de su marido: y si compelido no se la diere, que el Juez solo se la pueda dar.

Id est:

Judex, præcedente legitima, & necessaria causa cognitione, maritum compellat uxori licentiam dare ad id omne quod ipsa agere non posset sine mariti licentia: quam si compulsus non dederit, Judex solus ei possit illam dare.

TEXT. LVIII.

EL marido pueda ratificar lo que su muger hoviere hecho sin su licencia, no embarcane que la dicha licencia no haya precedido: ora la ratificacion sea general, ò especial.

Id est:

Maritus possit ratum facere quod mulier fecerit sine ipsius licentia, quamvis ea licentia non præcesserit; sive ratificatio sit generalis, sive specialis.

TEXT. LXI.

Quando el marido estuviere ausente, y no se espera de proximo venir, ò corre peligro en la tardanza, que la Justicia con conocimiento de causa, siendo legitima, ò necesaria, ò provechosa à su muger, pueda dar licencia à la muger, la que el marido le havia de dar: la qual assi dada vala como si del marido sea.

Id est:

Quum maritus absens fuerit, nec expectatur de proximo venturus, aut periculum est propter moram; Justitia (Hisp. la Justicia) Minister cum causa cognitione, legitima existente, aut necessaria, aut utili uxori suæ, possit uxori eam licentiam dare, quam maritus illi daturus esset: quæ sic data sit valida, ac si maritus esset.

COMMENTARIUM

In Legem LIV. LV. &c.

Cum sequentibus usque ad Legem LX.

SUMMARIUM.

- 1 Mulier conjugata quod non possit facere contractum sine licentia viri: & quæ sit ratio?
- 2 Si contractus est utilis ipsi mulieri, an possit fieri sine licentia viri?
- 3 Si uxor contrahat cum suo marito vel agat in judicio contra eum, an requiratur ejus licentia?
- 4 Si uxor & maritus simul faciant aliquem contractum cum tertio, an requiratur licentia mariti?
- 5 Si uxor contrahat cum aliquo in præsentia mariti, an sufficiat ejus taciturnitas?

- 6 Si uxor contraxit cum aliquo sine licentia mariti, an sufficiat quod postea habeat ratum?
- 7 Si uxor sit preposita alicui officio, sciente & patiente marito, an requiratur licentia mariti in contractibus mulieris?
- 8 An contractus ab uxore sine licentia mariti firmetur juramento?
- 9 An uxor possit constituere Procuratorem sine licentia mariti?

**N**Ota ex his legibus sequentes conclusiones. Prima: quod mulier conjugata, durante matrimonio non potest facere contractum sine licentia viri. Secunda conclusio: quod similiter mulier conjugata non potest facere quasi contractum sine licentia viri. Tertia conclusio: quod mulier conjugata non potest facere distractum, & sic desistere a contractu vel quasi contractu semel facto sine licentia viri. Quarta conclusio: quod mulier conjugata non potest remissionem vel liberationem debitori concedere sine licentia viri. Quinta conclusio: quod mulier conjugata non potest agere contra alium in iudicio sine licentia viri. Sexta conclusio: quod mulier conjugata ab alio conventa, etiam se defendendo non potest esse in iudicio sine licentia viri.

Pro quorum perfecta intelligentia & declaratione imprimis quæro: Quæ sit ratio fundamentalis eorum? quam assignare certè est difficile, & probo à sufficienti partium enumeratione: quia si mulier vult contrahere super rebus dotalibus, non potest, cum dominium earum sit penes maritum, ut in *l. Doce ancillam, Cod. de Rei vindic.* si verò vult contrahere super aliis rebus suis, videtur quod possit sine aliqua licentia mariti, cum in eis nullum jus habeat maritus, nec sibi fiat aliquod præjudicium. Sed notabiliter respondeo, quod in omnibus habet locum ista lex cum sequentibus. Nam mulier conjugata potest habere bona triplicis generis: nam primò potest habere bona dotalia, quæ fuerunt data in dotem marito; in quibus solus maritus agit tamquam dominus, ut in *l. Doce ancillam, Cod. de Rei vindic.* Secundò potest habere bona paraphernalia, quorum dominium est penes eam, administratio verò penes maritum; in quibus maritus agit sine mandato. Tertiò potest habere alia bona propria, quorum dominium &

(d) Rationem reddit Tiraquel, *diff. l. Connub. gloss. 8. num. 134.* Palac. Rub. in Rub. §. 68. num. 3. & num. 29. & in *l. 55. Taur. num. 2.* Baez. de Non meliorand. dote ratione filiab. cap. 21. num. 60. Matienz. in *l. 1. titul. 3. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 1.*

administratio est penes eam; in quibus sola uxor potest agere, vel maritus, præstita cautione, tamquam conjuncta persona, ut in *l. Maritus, Cod. de Procuratorib.* & ibi Gloss. ordinaria, Petr. Jacob. Butric. Odofred. Cin. Bartol. Alber. Bald. Paul. de Castr. Alexand. Jason. & communiter DD. & in *l. final. Cod. de Pactis convent.* in quibus omnibus hodiè non potest aliquo modo mulier conjugata agere, nec contrahere sine licentia mariti. Imò etiam si nulla bona habeat, non potest personaliter obligari; quia lucra & debita debent communicari: Item etiam, quia persona vagaretur & inquietaretur, & esset damnum & præjudicium mariti: Primò propter fragilitatem sexus, & quamdam reverentiam & potestatem quam habet maritus in uxorem: nam licet verè & propriè quoad omnia non sit uxor in potestate mariti sicut filius & servus, tamen quoad tria bene est in ejus potestate: Primò, quoad residentiam & cohabitationem, quam debet uxor facere cum viro; & inde est quod potest intentare maritus contra eam detinentem *utile interdictum de liberis exhibendis*, ut in *l. 1. §. fin. ff. de Lib. exhibend. & in fin. Cod. eod. tit.* & ibi communiter DD. Secundò, quoad operas quas debet reddere & præstare marito: Tertiò, quoad jurisdictionem; quia efficitur de jurisdictione & domicilio mariti, ut in *leg. Exigere dotem. ff. de Judiciis*, & tenet & declarat magistraliter Bald. in *l. Si uxorem, Cod. de Cond. insert.* & ibi communiter DD. Unde merito ex ista ratione & causa hodiè requiritur ista licentia mariti, & sine ea uxor nihil potest facere per nostras leges. Secunda ratio potest esse: quia cum in prædictis rebus & bonis supra declaratis, dotalibus, paraphernalibus, & quibuscumque aliis, & similiter in obligatione personali ipsius uxoris, bonis non extantibus, possit fieri damnum & præjudicium marito, saltem in fructibus, qui debent esse inter eos communes, vel in vagatione personæ, vel in operibus ejus; meritò requiritur hodiè in omnibus licentia mariti, (d) & istæ sunt rationes fundamentalis hujus legis.

2 Visa ratione fundamentali harum legum nunc quærendum est de aliquibus necessariis: Et primò quæro, si contractus sit utilis ipsi mulieri, an possit fieri & valere sine licentia viri. Et breviter dico & teneo quod sic, licet maritus postea non ratificet, quia sit mortuus, vel absens, nec iudex præstet licentiam in defectum ejus:

ejus: (e) ita probat text. in *leg. Nec. Codic. de Contrah. & committent. stipul.* ubi valet actus vel contractus factus à minore sine licentia & autoritate curatoris in ejus commodum & utilitatem: & ibi notant & commendant Bald. Salyet & communiter DD. text. in *leg. 1. Codic. de Autor. præstant.* text. in §. 1. *Instit. de Autor. tutor.* text. in §. *Pupillus, Institut. de Inutil. stipul.* & ibi Faber. Angel. & communiter DD. facit etiam text. in *l. Cum hi. §. Eam transact. ff. de Transact.* ubi habetur, quod licet super alimentis de futuro debitis ex ultima voluntate non possit fieri pactum vel transactio; tamen, si conditio creditoris cui debentur alimenta, fiat melior, & in ejus commodum & utilitatem fiat, bene valet & tenet: & ibi notant & commendant Bartol. Alberic. Paul. & communiter DD. text. notabilis in *l. Non eò minus, Codic. de Procurat.* ubi disponitur, quod sententià lata favore minoris sine autoritate tutoris vel curatoris valet & tenet: & ibi notant & commendant communiter DD. notant etiam & commendant Angel. de Perus Paul. de Castr. Imol. & communiter DD. in *leg. Mutuum. ff. de Acquir. hæred. Jas. in l. Barbarius. ff. de Offic. Prætor. column. 2. num. 6.* Idem Jas. in *l. Si unus. §. Pactus ne peteret. ff. de Pact. column. 10. num. 27.* Roder. Suar. in *Repet. l. 13. tit. 20. lib. 3. For. ll. 4. limitatione.* Palac. Rub. in *sua Repet. cap. Per vestras, fol. 49. column. 1.* Nec obstat supra dictis *lex 59. infra, his ll. Taur.* ubi habetur, quod quando maritus est absens & non speratur venire de proximo, & contractus appareat utilis mulieri, potest adiri Iudex, ut præstet licentiam in defectu mariti: ergo sentit clarè, quod etiam si contractus sit utilis, non valet nec potest fieri sine licentia mariti. Quia notabili-

ter respondeo & intelligo, quod requiratur licentia ut semper & perpetuò valeat & teneat, licet postea deficiat utilitas contractus: sed in nostro casu & quæstione utilitas debet durare & probari, ut valeat & teneat contractus; quò casu valebit & tenebit contractus sine aliqua licentia mariti vel iudicis.

3 Secundò quæro: si uxor contrahat cum suo marito, vel agat in iudicio contra eum ex aliqua justa causa, ut alimentorum, vel dotis, ipso vergente ad inopiam; an requiratur ejus licentia? Et breviter etiam dico & teneo quod non: argumento text. junctæ Gloss. ordinaria, in *l. fin. §. Necessitate, Codic. de Bonis quæ liber.* & ibi DD. in terminis ita tenet Alber. in *l. Ubi adhuc, Codic. de Jure dot. Palac. Rub. in Repet. cap. Per vestras, de Donat. inter virum, & uxorem, fol. 71. column. 4.* Doct. Segur. in *Repet. leg. 1. §. Si vir. uxor. ff. de Acquirend. possess. column. 2. (f)*

4 Tertiò quæro: si uxor & maritus simul faciant aliquem contractum vel quasi contractum cum tertio, an requiratur ejus licentia? Et breviter etiam dico & teneo quod non; quia eo ipso videtur maritus approbare & consentire illum actum, & uxori præstare consensum & licentiam: ita probat text. singularis in jure, in *l. Titius. ff. Quibus modis pignus vel hypotheca solvitur*, & ibi expressè notat & commendat Bald. & alii DD. antiqui: & per illum textum in terminis nostris ita tenet Bartol. in *l. Cum pater. §. Libertis. ff. de legat. 2.* Bald. in *leg. fin. Cod. ad Macedo. 2. column.* Bald. Angel. Alexand. & communiter DD. in *leg. Is qui hæres. §. final. ff. de Acquir. hæred.* Alber. & communiter DD. in *l. Quoties, la 1. Cod. de Fideicommiss. præcipuè Jas. in fin. column. (g)*

Quar-

(e) Id etiam tenet Orosi. in *leg. Contra juris civilis regulas, column. 875. de pactis, text. in leg. Cum ii. §. Eum transact. ff. de Pact. ubi omnes DD. Suar. in titul. de las Deudas, limitatione 4. fol. 48. Cæpol. in l. Eum qui, num. 34. ff. de Usucap. pro emptore. Tiraquel. in l. Connub. num. 62. glos. 8. usque ad num. 90. Matienz. in leg. 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 14. plures allegans Maranta in *Præf. 4. part. distinct. 16. num. 29. & 30. facit l. 3. titul. 5. pagin. 3.* & quæ tradit Covarrub. in *Præf. 28. numer. 10. versicul. Quod si in rerum; plura congerit Aceved. in leg. titul. 3. lib. 5. Recop. num. 13.**

(f) Idem affirmavit Palac. Rub. in Rub. §. 47. numer. 13. ad fin. fol. 27. Cassan. in *Consuetudinibus Burgund. rubr. 4. §. 1. gloss. neansi part. numer. 6. versicul. Adverte tamen, fol. 150.* Guttierr. de *Juramento confirmatorio, capit. 1. numer. 52.* Matienz. in *leg. 3. titul. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 8.*

(g) Idem tenet Segur. in *leg. 1. §. Si vis, numer. 111. ff. de Acquir. possess. Palc. Rub. in capit. Per vestras, de Donat. inter vir. §. 27. numer. 4. pag. 162. Castell. in leg. 55. verb. Licencia, ubi Cifuent. quæst. 16. Tiraquel. de *Legib. connub. gloss. 7. num. 54.* ubi plures allegat Matienz. in *leg. 2. titul. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 12.* Licet contrarium voluerit Avendañ. in *suo Dictionario, verb. Otorgamiento, relatus à Matiez. ubi supra, & Gregor. in leg. 5. gloss. ultim. titul. 11. part. 4. verb. Item, & quarto, scilicet, licentiam requiri mariti hoc casu ad contractum cum uxore sua conficiendum: Quibus respondet idem Matienz. ubi supra.**

5. Quarto quæro, si uxor contrahat cum alio in præsentia mariti, an sufficiat ejus taciturnitas? Et videtur quod non, sed requiritur consensus expressus; & ita tenent Bald. Angel. Imol. & communiter DD. in leg. 2. §. *Voluntatem. ff. Solut. matriman.* Paul. de Castr. in leg. *Si quis mihi bona. §. Jussum in fin. ff. Acquirend. hæred.* Alexand. in *Addit. ad Bart. in leg. Apud Julianum. §. fin. ff. quib. ex causis in poss. eat.* quia verba statuti debent intelligi propriè, & idèd non sufficit sola præsentia mariti cum taciturnitate, quia est fictus & improprius consensus. Sed certè ego tenerem contrarium; (h) quia prædictæ leges regni non requirunt consensum mariti pro forma & solemnitate actus, se pro evitando damno & præjudicio ejus.

6. Quinto quæro, si uxor contraxit cum aliquo sine licentia mariti, an sufficiat, quod postea habeat ratum? Et videtur requiri quod præcedat & interueniat tempore actus vel contractus; quia quando licentia, consensus, vel auctoritas alicujus requiritur in aliquo actu, semper debet præcedere & non subsequi, argumento text. in leg. *Etiam. ff. de Autor. tutor.* text. in §. *Tutor. Institut. eodem titul.* Sed contrarium est tenendum, imò sufficit, quod subsequatur & ratum habeat maritus, per doctrinam & regulam generalem, quam probat text. in leg. *Si quis mihi bona. §. Jussum. ff. de Acquirend. hæred.* per quem tenent ibi Paul. de Castr. & communiter Moderni. Quod si licentia, consensus, vel auctoritas alicujus requiritur pro forma & solemnitate actus, requiritur quod procedat & non subsequatur; quia requiritur ad legitimandam & autorizandam personam: si verò requiritur pro evitando præjudicio alicujus tertii, cujus licentia, consensus, vel auctoritas requiritur, tunc sufficit, quod subsequatur, & postea ratum habeat: idem etiam tenet Paul. in leg. *Si cum dote. §. Ea autem tempore. ff. Solut. matrimon. 2. column. num. 5.* & ibi Moderni. Idem Paul. in leg. *Licet. ff. de Judic. facit etiam doctrina Bald. &*

(h) Prout tenet Cifuent. in leg. 55. *Taur. quæst. 14.* dum tamen maritus intelligat quod agat: ut tenet Menchac. *Controversiarum usufrequentium, cap. 11. num. 6.* Matienz. in leg. 3. tit. 3. lib. 5. *Recopil. gloss. 1. num. 7. & seqq.* Gomez Arias hic, num. 21. & sequent. Aceved. in leg. 3. titul. 3. lib. 5. *Recopil. num. 1.*

(i) Et ita teneo 2. tom. *Variar. cap. 6. num. 2. limitat. 9.* tenet Bald. in leg. *Si uxorem, Codic. de Condit. insert.* Palac. Rub. in *Repet. rub. §. 68. in princip. fol. 65.* Segur. in leg. *Si vir uxori, numer. 124. de Acquirend. possess.* usque ad illam quantitatem mulierem teneri affirmans, ad quam usque solvendo merces illa sufficiat; ad id tamen quod deest non teneri: idemque de mulieribus pueros nutrire solitis sine viri licentia, marito vidente & tacente, dicendum esse asserit Aceved. in *dict. leg. 3. titul. 3. lib. 5. Recopil. numer. 12. & vide Matienz. in leg. 3. titul. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 4. num. 9.*

communis in leg. 1. *Cod. Qui admitti ad bonorum possess.* & idem disponit lex 59. infra eod. quæ certè est declaratoria & confirmatoria juris communis.

7. Sexto quæro: Si uxor sit præposita alicui officio vel negotiationi, sciente & patiente marito; ut quia sit posita mercantiz vel officio obstetricis, vel chirurgicæ, vel simili officio; an requiratur licentia mariti in contractibus ejus? Et breviter & resolutivè dico & teneo quod non; quia eo ipso quod de voluntate mariti est posita in illo officio, visus est licentiam & consensum sibi præstare: ita probat text. notabilis in leg. 1. §. *Magistrum, el 2. versic. Ceterum. ff. de Exercitoria*, cujus verba sunt: *Ceterum si scit & passus est eum in navi magisterio fungi, ipse enim imposuisse videtur, text. in leg. Quicumque, versicul. Idem Labeo ait. ff. de Institoria, aff. text. in leg. 1. ff. de Tributaria, text. in leg. Quam Tuberonis, versicul. Sunt quidem. ff. de Peculio*, & ibi Bart. Alberic. Bald. Paul. & communiter DD. & in propriis terminis tenet Faber. in §. 1. *Institut. quod cum eo, final. column.* ubi dicit, quod si maritus permittit uxorem suam mercari, videtur ei mandare & consentire, & tenetur de contractibus ejus; ita disponit expressè lex 13. tit. 20. lib. 3. *For. ll. & tenet ibi Roder. Suar. in lect. illius legis. (i)*

Septimo quæro, an uxor possit contrahere sine licentia mariti ad pias causas? De qua quæstione vide latissimè per Roderic. Suar. in *dict. leg. 13. tit. 20. lib. 3. For. ll. 1. quæst.* ad quem te remito.

8. Octavo quæro, utrum contractus factus ab uxore sine licentia mariti firmetur juramento? Et videtur quod sic; argumento text. in *Authic. Sacramenta puerum, Cod. Si adver. vend.* ubi habetur, quod contractus minoris, qui non valet sine tutore vel curatore, vel saltem venit rescindendus, firmatur juramento: & in expressò ita tenet Palac. Rub. in *sua Repet. capit. Per vestras, fol. 50. column. 2.* Sed teneo contrarium; quia jura communiter loquuntur & procedunt quan-

## COMMENTARIUM

## In Legem LX.

## SUMMARIUM.

1. An possit uxor renuntiare lucris quæsitis constante matrimonio?

Nota ex ista lege, quod lucra acquisita durante matrimonio dividuntur & communicantur inter maritum & uxorem: De quo dixi latè & magistraliter in legibus supra proximis. (l)

Item principaliter nota, quod uxor potest renuntiare prædictis lucris quæsitis constante matrimonio: & ista est sola & principalis decisio hujus legis. Contra quam, imò quod talis renuntiatio non valeat, fundamentaliter facit; quia donatio inter maritum & uxorem est nulla & prohibita, aded quod nulla oritur actio nec obligatio; ut in leg. 1. & per totum. *Codic. de Donat. inter virum, & uxorem. & in cap. fin. extra, eodem titul.* Item etiam, quia militat ratio prohibitiva ejus; ne mutuo amore se spolient. Rursus confirmatur, quia in uxorem transit ipso jure dominium & possessio pro sua parte lucrorum acquiritorum, constante matrimonio, ut supra dictum est: ergo non potest favore mariti renuntiare; quia est vera & propria donatio.

quando contractus tendit in favorem vel damnum contrahentis; (k) secus tamen est, quando tendit in præjudicium tertii, & requiritur ejus consensus; quia tunc nulla ratio patitur, quod firmetur juramento contrahentis in damnum & præjudicium tertii: & ita videtur tenere Faber. in §. 1. *Instit. quib. alienare licet, vel non, & tenet Cifuent. in leg. sequent. 1. quæst.*

9. Nonò quæro, an uxor possit constituere procuratorem sine licentia mariti ad contrahendum cum aliquo? De quo vide Roderic. Suar. in *dict. leg. Fori*, ad quem te remitto.

Decimo quæro, an uxor possit ex delicto se obligare & teneri saltem civiliter? De quo etiam vide Roderic. Suar. in *dicta leg. Fori*, ad quem te remitto.

## TEXT. LX.

Quando la muger renunciare las ganancias, no sea obligada à pagar parte alguna de las deudas que el marido hobiere hecho durante el matrimonio.

Id est: Quando uxor renuntiare lucris quæsitis durante matrimonio, non teneatur ad ullam debitorum partem, quæ maritus durante matrimonio fecerit.

Cum bonis acquisitis uxor renuntiaverit, non teneatur ad ullam debitorum partem, quæ maritus durante matrimonio fecerit.

(k) Et ita tenet Palac. Rub. sibi contrarius in leg. 55. *Taur. numer. 18.* *Castill. in ead. leg. glossa ultim.* Gomez Arias, num. 84. *Menchac de Success. creat. §. 30. num. 56. versic. Postrimo, & versic. Unde etiam.* Covarrub. de *Sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 3.* *Avendañ. in Dictionario suo, verb. Otorgamiento, circa fin.* Matienz. in leg. 2. titul. 3. lib. 5. *glossa 1. num. fin.* *Tiraquel. de Leg. conub. glossa 4. num. 26. usque ad fin.* Covarrub. in *cap. Quamvis pactum. 2. part. numer. 14. in med. §. 2. & in 4. cap. 7. §. 1. numer. 3. fol. 90.* *Gutierr. de Jurament. confirmatorio. 2. part. cap. 1. num. 34. & in Authent. Sacramenta puerum, num. 39.* Aceved. in leg. 2. titul. 3. lib. 5. num. 87.

(l) Sed quid si maritus, antequam matrimonium contraheret, debebat censum aliquem super certis ejus bonis constitutum, ipsiusque census redditus constante matrimonio solvit, an possit uxor, matrimonio soluto, dimidiam horum reddituum partem, qui constante matrimonio fuerunt soluti, exigere; quasi ea dimidia pars ad eam pertineat, ut lucrum quæsitum matrimonio constante? Et sanè videtur posse; cum hujusmodi redditus quasi fructus videantur dividendi inter maritum & uxorem. Sed contrarium verius est: quia hic census super bonis mariti constitutus est sicut onus reale & tributum quoddam; unde maritus bona tanto minora videtur ad matrimonium adduxisse, quanti erat ille census & ejus redditus: & facit; quia census veluti species quædam venditionis est: unde, bona super quibus constituitur, quodammodo alienata & patrimonio abesse videtur. Quod si maritus, matrimonio constante, censum illum redimeret; tunc dimidia pars pecuniæ qua redemptus est census, applicaretur uxori: sicut si maritus debitum à se ante matrimonium contractum constante matrimonio solveret; nam dimidia debiti pars ad uxorem pertinet, tanquam lucrum constante matrimonio quæsitum.